



Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. Vitalis Pontifex Salisbvrghensis Svccessor S. Rvperti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

S. VITALIS

PONTIFEX SALISBURGENSIS

SVCCESSOR S. RUPERTI.

DCXLVI. vel VII.
XIII. Cal. Nov.
Canisius tom. Antiq.
lect.

Catalogus Episcop.
Salub.

Hund, Metrop.
Auent.
Vesler.



Principe siderum astracetera splendorem mutuantur: à claris maioribus posteritas, à Doctõribus auditores: illud natura testatur; hoc vsus, & antiquitatis memoria confirmant, quod promptum esset exemplis constabilire, si ratio scribendi hanc dissertationem admitteret. S. Vitalis loco omnium sit hoc loco, sanctissimi patris & magistri Ruperti germanissimus alumnus, popularis ac discipulus, qui mores sui doctõris ita induit, ut ab eius virtute non solum non degenerarit, sed eandem etiam exæquarit, nihilque vel in pueritiæ ætate, morum exemplo, innocentia, operum immortalium effectione concefferit. Non corporis tantum stipator ac comes peregrinationis, laborumque omnium socius, sed ipso Ruperto iudice dignus, qui secundum à primo in Salisburgensium Pontificum numero locum obtineret, quique pedum ab ipso viuo Ruperto successor designatus acciperet. Loquuntur integravolumina viri sanctissimi, viui mortuique immortalia opera, benignitatem in egentes, clementiam in afflictos; temperantiam in victu, modestiam in cultu, patientiam in aduersis; laborem in populis erudiendis, studium & ardorem in idolis extirpandis, virtutem in summa & singulari etiam castimonia colenda: ex quo factum reor, ut ex castissimo eius jam sepulti pectore candidissimum lilium per ipsa se tumuli marmora & munimenta in lucem penetraret, præfulsque integerrimi virgineam mentem corpusque ab omni impuritatis labe intactum mundo prodiderit. Id quod publicis consignatum tabulis extat posteritatis monumentum. Migravit ad beatorum sedes anno Christi 1000. DCXLVI. vel VII. (neque enim convenit scriptoribus in obitus anno) cum pontificiam dignitatem annos XXI. sanctissime administrasset. Epigraphic in eius tumba ad ædem D. Petri, ubi pium olim egit abbatem, hæc legitur:

Præsul Vitalis cubat hic ægrisque medetur.

S. NOIT.

S. VITALIS PONT. SALISBURG. SVCCSSOR S. RVPERTI.



*Rumpere qui fragilis potuit stirps marmoris unta?
Lilia non possunt, quod Carnifice potes?
O felix tumulus cuius de funere surgunt
Flores, qui casti signa pudoris habent.*

Non rosa tincta placet Veneris quam purpura pinxit,
Non flos quem Pueri crescere iussit amor,
Sed qui pontificis sancto de pulvere natus
Ostendit cineres vivere pontificum.

D

S. NOIT.



...et ...
...et ...
...et ...
...et ...